



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 2. Lansacus a Regina de proximo Lotharingii Cardinalis, ac sexaginta  
Gallorum Præsulum adventu edoctus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](#)

Sæcul. XVI. no requiri inquietabat, ut unacum Theologo A. C. 1562. Doctoribus confessim Francie Præfules Tridentum mitterentur, uero proximæ Sessioni ad diem decimam septimam Septembris indictæ interesse valerent.

## §. II.

*Lansacus a Reginæ de proximo Lotharingii Cardinalis, ac sexaginta Gallorum Præfulum adventu edictus.*

Pallav. t. 14. Aliquot post dies Reginæ Administratrix literæ ad eundem Lansacum n. 2. fuere delatae, in quibus hæc significabat: „insuper habitis assiduis Regni tum „multibus ante Mensis Septembris finem „Tridentum venturi sunt sexaginta (") „Præfules, quos Lotharingius Cardinatis adducet: idcirco Sessionem usque ad illorum adventum protrahendam cura.“ Hanc quoque in sententiam

(") Pallavicinus ex Lansaci literis, ait: *quadraginta Gallos partim Episcopos, partim Abbates adventuros*, quod sane vero magis simile est, spectato exiguo admodum numero eorum, qui re ipsa ex Galliis ad Synodum pervenere; consultius igitur fuisse, numerum in promissione imminuere, quam illum nudis verbis exaggerare.

tiam pariter ad Cardinalem Mantua-  
num scripsit.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1562.

Verum aliis literis die decima se-  
ptima Augusti datis Regina ad eundem  
Lansacum perscripsit, quod Lotharin-  
gius Cardinalis, ac Franciæ Præfules  
nonnisi Mense Octobri ad medium ver-  
gente ad Concilium, Taurinum vero  
ad ejusdem Meisis initium venturi es-  
sent, eorumque nomina eidem transmit-  
teret, ut illa Legatis, ac Synodi Pa-  
tribus ostendere, atque eis exponere  
posset, quod tunc, si Præfules longius  
suum discessum protraherent, hujus  
cunctationis caufsa in præsentium tem-  
porum iniquitatem esset rejicienda (\*)  
nihilominus quamprimum ad restauran-  
dam Regis Filii sui auctoritatem suas  
vires sat pares cognosceret, illa nequa-  
quam Reginæ Christianæ partibus se de-  
futuram promittebat, ut ex hoc Con-  
cilio tamdiu exoptatum pro bono, ac  
Reipublicæ Christianæ & præprimis  
Franciæ tranquillitate emolumendum  
hauriri

(\*) An non major in Germania, quæ un-  
dique hæreticorum tumultibus flagrabat, tem-  
porum iniquitas fuerit, ac frequentissimi tamen  
hujus Nationis Præfules ad Synodum con-  
fluxerint, Concilio, illiusque ævi historiam  
perlegentibus dijudicandum relinquimus.

**Sæcul. XVI.** hauriri valeat. His quoque addebat  
**A.C. 1562.** quod Lotharingium Cardinalem duodecim celebriores Parisinæ Facultatis Doctores comitaturi essent. Attamen Lansacus ea, quæ ipsi a Regina fuere injuncta, nonnisi Mense Augusto proponebat.

## §. III.

**Prima Congregatio pro examinando  
quaestionibus circa Sacrificium  
Missæ.**

**Pallav. l. 28.** **O.I. n. I.** Inter ea examinandis quaestionibus reliquum tempus in Congregationibus impendebatur, atque die vigesima prima Julii hanc in rem convocabantur Theologi: intererant quoque huic Patrum confessui Synodi Præsides Cardinalis Madrutius, Cæsaris, Franciæ Regis, & Venetorum Oratores, unacum centum quinquaginta septem Præsulis, ac circiter centum Theologis præter duo aliorum hominum millia: reliqui tamen conventus postea numero haud adeo frequentes erant: Itaque omnium Theologorum sententia eo abibat, ut Missa habenda esset pro vero novi Testamenti Sacrificio, in quo Christus Dominus sub Sacramenti speciebus offertur, hancque veritatem præcipue his comprobabant rationibus: Christus Domi-

